

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et
Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de
Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Decimasexta. Erudite exponi incipiunt verba illa: Ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](#)

¶. 17.
1. Reg. 6.
1. Cr. 4.
1. Reg. 1.

resera periculum, audire quemquam de se supra, quam sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantum de veris dignè humiliari, quanù vel de falsis datū est indigne exaltari? Illam mihi vocem prophetam iure assumerem: Exaltatus autem humiliatus sum, & cōturbatus: Et illud: Ludam, & siam vilior. Ludem scilicet, ut ludar. Bonus ludus, quo Michel inasfatur, & Deus delefatur: bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum præbet: bonus, inquam, ludus, quo efficiunt opprobrium abundantibus, & despectu superbis. Nam revera quid aliud sacerularibus, quam ludere videretur, cum quod ipsi appetunt in hoc seculo, nos per contrarium fugimus, & quod ipsi fugiunt nos appetimus? Ludus iucundus, honestus, grauius, quo ludebat qui dicebat: Speculum factum mundo, & Angelis, & hominibus. Hoc ludo & nos interim ludamus, ut illudamur, confundamur, humiliamur, donec veniat, qui potentes deposit, & exaltat humiles, qui nos læsifiet, & in aternum exaltet.

Ad extremum non possum aliam eundem verborum B. Virginis explicationem silentio præterite: pro qua supponendum est, quod humilitas non semel in facris eloquis afflictionem significat, eadem enim ferè verba Anna mater Samuels loquuta est: Si respiciens videbis afflictionem famulæ tue: ubi in Græco: Si respiciens humilitatem ancillæ tue: quæ autem fuerit hæc afflictio B. Virginis, si me interroges respondebo fuisse, tūm quod doleret miseram humani generis vicem; tūm quod maxima animi anxietate afficeretur propter dilationem adventus Christi in carne humana, cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVI.

Eruditè exponi incipiunt verba illa:
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.



A C R A hæc Virginis verba ut radicitus exponamus, oportet ante omnia quid sibi velit verbum illud, ex hoc, explicare. nam D. Bonavent. Episco- D. Bonav. pus Christopolitanus Cornelius Ianle ^{sup. c. i. Luc.} nius, & alij non pauci moderni sequentes Ianse. in sua Venerab. Bedam, opinati sunt verbum il- Concord. ad lud ex hoc designare humilitatem Virgi- c. i. Luc. nis; nam cùm nuper dixisset: reffexit hu- Beda ibid. militatem meam, & continuò subiunxit: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes ge- Luke 1. nerationes, videtur plenè humilitatem si- gnare, tanquam causam huius vniuersaliis commendationis & applausus, vnde Beda: Cuius autem humilitas reficitur, recte Beda vbi beata ab omnibus cognominatur, vnde sequi- suprà tur: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, hoc est, ex eo quia reficitur meam humilitatem: Alij volunt, ut verbū illud ex hoc, designet illud quod in sequenti versiculo subiicit: Quia fecit mihi ma- gna: ita vt sensus sit, ex hoc, quod fecit mihi magna qui posens est: beatam me dicent omnes generationes: Mihi tamen germanior Theophilus, in videtur D. Hieronymi, Theophila tui, Eu- c. i. Luc. thymij, necnon & D. Augustini, & alio Euthym. ib. rum interpretatio afferentium, verbum D. Aug. tra- illud ex hoc designare tempus, in quo iam dicitur: super B. Virgo facta & agnita erat vera mater, Magnifica Dei, vnde D. Hieronymy, pro eo quod nos Euseb. Emif. legimus: Ecce enim ex hoc ipse vertit: ecce homo fer. G. enim amodo, quod idem sonat, quod ex hoc ante quartā tempore Theophylactus quoque expressè Dom. Adde. legit ex hoc tempore. Euthymius exponit Hugo VII. ecce enim post hac, ac tandem D. Augustinus in anno suus hanc probans expositionem inquit: per Magnific.

LXXXII 2

Vſque

D. Aug. vbi
uprā.

Visque ad illud tempus apud homines opprobrium sterilitatis portauerat, quia integratatem virginitatis thoro maritali preponeret, sed unde in priori generatione carnali quasi maleditionis sententiam sustinuit, inde nunc ab omni generatione mortali benedictionem collaudabiliter recepit. habetque haec expositione magnum fundamentum in Graeco codice, nam vbi interpres Latinus legit: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: Græcus transtulit: Ecce enim ex hoc nunc beatam me dicent omnes generationes. quare legitimus sensus erit: ex hoc nunc beata ab omnibus prædicabor, quia Domini mater effecta sum; ex hoc enim instanti, quo tu, ò Elisabeth, Spiritu sancto plena, Domini matrem me esse cognoscis, & fatigis. Et tuus etiam filius adhuc in utero tuo existens, contra omnem naturalem cursum, meum filium, qui Deus est, adoratus: ex hoc (inquam) instanti omnes gentes felicitatem meam prædicabant. Tu de me nunc dicas, beata, que credidisti; sed ego dico, quod ex hoc nunc beatam me dicent omnes generationes. In his verbis prophetiam contineri, atque adeo B. Virginem illuminatissimam fuisse prophetiam docuit expressè Glossa interlinearis, duarum in commentario illorum verborum: Et accessit ad prophetiam, & concepit, & peperit filium: ait, prophetiam istam fuisse illam, quae prophetauit dicens: Magnifica anima mea Dominum. & D. Basil. ea. dem verba expponens inquit: quod B. Maria prophetis fuerit, ad quam proximè per spiritus prenotacionem accesserit Isaias, nemo contradixerit, qui memor sit verborum Marie, que propheticō efflata p̄yritu locuta est. Recke D. Ambros. ait (nemo contradixerit) qui omnes Pas. sup c. 1. Luc. tres, & alij Ecclesiastici Scriptores in ean. Greg. Nazian. dem sententiam conspirant. D. Ambros. q. 2. s. 2. S. Gregorius, Nazianzenus, Cyrillus, in Pascua. Hieronymus, D. Augustin. Nissenus, Ep. Cyril. super phanius, Eusebius, Petrus Galatinus, Lybunc locū. Glossa ordinaria, ac tandem Rupertus Hieron. sup. Abbas, qui Mariam vocat Prophetiam s. 8. Isiae. Prophetarum. Prophetauit igitur B. Virgo Aug. lib. 17. beatam ac felicem se prædicandam ab.

Versio Greca
in c. 1. Luc.

Luca 1.

Isaie 8.

D. Basil. sup.
c. 18. Isai.

omnibus generationibus: sicut enim de cibis fortis ac strenua muliere ait Sapiens: Sur- c. vii. rexerunt filii eius, & beatissimam prædicauerunt. similem in modum surrexerunt in detestatione Ecclesie Catholica filii Dei, non exsanctis, sed ex voluntate carnis, nec ex voluntate virtutis, sed ex Deo nati, qui per generationes, omniaque saecula Virginis, de nem beatissimam prædicarunt & prædicabunt. Et quidem si Christus Dominus ang. 7. 1. 6. dixit: Beati qui non viderunt, & crediderunt: Pet. Gal. 3. quomodo non B. Deipara, qua abditi immum incarnationis arcu Angelorum nun- 12. ciante firmissime credit: Beata que cre- Lysias c. didisti, quia perficiuntur in te omnia que dicta. 1. Luc. sunt tibi. Et si David ait: Beatus vir, cuius est Glos. ord. 6. nomen Domini spes eius, quomodo non B. Ruper. lib. 1. Virgo, cui fecit magna, qui potens est, & in Cant. sanctum nomen eius? & si Sapiens inquit: Ioh. 20. Beati omnes, qui diligunt te, quomodo non Luce 1. B. Maria, quæ p̄e amoris magnitudine Psal. 39. deficiebat: dicite dilecto, quia amore lan- Prov. 3. queat & si idem Sapiens affirmat: Beatus Cantic. homo, qui semper est pauidus, quomodo beata non erit Maria, quia sancto timore in Angelica annunciatione expavit: Tert. Luke 1. bata est in sermone eius? & si David dixit: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius: quo- Psal. 14. modo Virgo non erit beata, cuius Dominus Deus filius eius est? & si idem ait: Beati, qui habitant in domo tua Domine, quo- Psal. 3. modo non B. Virgo adiung in hoc saeculo, quia in eadem domo, & sub eodem teatro, imò & in infancia Christi in eodem lecto, & cum ipso per triginta & plures annos cohabitauit: & si idem ait: Beatus vir, Psal. 110. qui miseretur & commodat, quomodo non B. Virgo, quæ tot misericordia opera erga Deum hominem exercuit, illum portauit, cibauit, hospitem in propria domo recepit, nudū vestiuit, captū à ludis visi- tavit, & mortuum sepelivit: ac tandem si idem Propheta dicit: Beati immaculati in Psal. 11. via, quomodo non B. erit Maria, de qua sp̄olus ait: Pulchra es amica mea, & macula Cantic. 4. non est in te: & quād Salomon vocavit spe- culum sine macula: Hoc laudationis genus docuit me B. Basil. Seleucus Episc. in orat. de an-

D. Basil. in de annunc. vbi ait: Si D. Petrus ob id beatissimam appellatus, regnique caelorum claves sortitus est, & Christum Dei filium palam confessus est, quomodo ea super omnes beatas prædicanda non est, que illum parere meruit, quem ille confessus est? Cæterum cum sanctissimam Virginem dicentem audio: Beatam me dicent omnes generationes, nomine beatitudinis intellexisse arbitrio felicitatem & celebritatem sui nominis; sicut enim Christus nominis sui gloriam & exaltationem ex eo obtinuit, quod cum æqualis Patri esset, se exinanivit, formam servi accipiens, ita Deipara nominis sui gloriam ac celebritatem consecuta fuit, eo quod cum humilis ancilla esset, Dei Genitrix facta fuisset; præcipue tamen beatam se acclamandam intellexit, quia filium Dei utero suo conceperat. Allusisse mihi videtur Deipara ad verba Lia, quæ, eo quod Zelpha eius ancilla filium peperisset, dixit: *Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent mulieres: quæ verba potiori ure poterat B. Virgo sibi visurpare*, quæm Lia; tum quia partus ille alienus fuit, & non Lia, B. vero Virgo ex propria substantia Christum concepit; tum quia si filium illum appellauit Lia Aser, quod interpretatur beatitudo, quasi felicitatem, & beatitudinem Zelpha ei peperisset, certe beatissima Virgo Christum peperit, qui vere omnium Angelorum & hominum obiectiva beatitudo est.

Adeò autem benè congruit Mariæ beatam nominari, vt sicut inter Deos à Poëtis, Tonans nominatur Iuppiter, inter Prophetas David, inter sapientes Salomon, inter Apostolos Paulus, inter Oratores Cicero, inter Medicos Galenus; ita cum auditur B. Virgo, continuo Mariam intelligimus significari. Quinque circumferuntur beatitudinis, seu felicitatis definitiones, quæ singulariter in Deiparam conuenienter reperio: Cicero in Tusculanis felicem & beatum illum describit: *Cui, quidquid oportuit, ad vota suscepit*. D. Aug. Taf. quæst. lib. de Trinit. aliam describit definitio-

nem: *Beatus est habens omnia quæ vult*, & D. Aug. lib. nihil mali vult. Aristoteles autem aliter 13. de Trin. definitius: *Beatus est habens actus secundum Arist. lib. perfectam animi virtutem*, ac tandem Boet. Metaph. tuis lib. 3. de consolat. illam assignauit beatitudinis definitionem, quæ per omnium ora vagatur: *Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: cum de consol.* igitur Deipara Maria nihil à Deo obtinere absoluta voluntate optauerit, quod pro votis non fuerit consecuta, cum habuerit omnia quæ voluit, & nihil unquam malum voluit, cum incessanter secundum perfectam animi virtutem semper operaretur ex plenitudine diuinæ gratiæ; cum denique tanta bonorum copia aggregatum in illam confluxerit, vt simul esset Virgo & Mater Dei, qui fons est & origo omnium bonorum, meritò his omnibus nominibus *beata nominari & prædicari ab omnibus nationibus debet*, vt de scipsa prophetauit dicens: *Beatam me dicent omnes generationes*. Illud tamen silentio non præteribo, quod in magnam Virginis laudem cedit, obseruatum à nobis esse nusquam generationum omnium laudem, & prædicationem nisi Deo tribui, iuxta illud: *in generatione, & generationem annunciamus laudem tuam*: & illud: *Domine memoriale tuum à generatione in generationem: vnde cum propria hæc Dei laus Mariæ tribuitur, illud certe in causa erit, quod Deum genuit, & eius mater est, cui omnium generationum laus debetur*.

Psal. 139.

Porrò iam explicare opus est, quid intellecterit B. Virgo per omnes generationes, à quibus se laudandam vaticinata est. Antequam tamen id praestem, præsupponere oportet, beatissimam Virginem certò præcognoscere, propheticò spiritu afflatam celebrissimam, sui nominis famam per vniuersum terrarum orbem longe lateque diffundendam fore; ad quod alludens ipsa dixit: *Surge Aquilo, & veni Cant. 4: Auster, persula horum meum. Sed usquequo fluent, ô dilectissima sponsa, aromata horti tui; usque quo fluet odor clarissimi*

LXXXI 3 nomi-

nominis tui? certe in generationes generatio-
nrum, quia generatio & generatio lauda-
bunt opera tua: si enim bonum nomen &
fama non solum in vita, sed etiam post
mortem sanctos & iustos concomitatur,
iuxta illud: *In memoria eterna erit iustus:*
è contra verò nomen impiorum putrefactetur, vt
*dixit Sapiens, & vt ait David: perire me-
moria eorum cum sonitu: multo magis Dei*
*genitricis immortalis fama, ac præstan-
tissimi nominis eius laus per omnium*
ora volitabit. Iob quidem, vt significaret
*suauitatem odoris, quem immaculata e-
ius vita efflabat, dixit: Dies mei pertransi-
ferunt quasi naues pompa portantes, quia sic
ut nauibus odoriferis pomis onustis cō-
tingere solet, vt flante vento suauissimum
post se odorem relinquant, ita inculpa-
tissimo Iob accidit, vt quacumque via
transibat, suauissimum sanctitatis vita
suæ odorem telinqueret, ac per vniuer-
sum orbem illum spargeret. Quid quo-
fuit B. Virgo, nisi mystica nauis odorifi-
feris coelestium charismatum pomis o-
nusta, ipsa dicente: *pompa vetera, & noua*
seruani tibi, dilecti mihi hæc ergo nauis per
mare huius mundi Spiritu sancto instar
nautæ illam gubernante, immaculata
sue vita, suauem ad eum odorem spirauit,
*vt ad omnes nationes mira eius fragran-
tia pertingeret, vt in figura eius de regina*
*Ester prædictum legimus: *fama nominis***

*eius crescet quotidie, & per omnium ora**volitabat. quare potiori iute, quam de re-**ge Iosia licebit mihi dicere de regina Ma-
ria: *In omni ore quasi mel indulcorabitur e-
ius memoria, & vi musica in conniuio vini.**

cum igitur beatissima Virgo explora-
tum haberet ob celissimam, ac inaudi-
tam Matri Dei dignitatem, nominis e-
ius famam à mari usque ad mare, &c ys-
que ad terminos terræ forte diuulgantem, consequenter agnoscat ab omnibus

generationibus beatam esse prædicantem.

Verum ut distinctius agnoscas, quæ-

nam sint istæ generationes, duplum il-

lorum verborum interpretationem: Bea-

tam me dicent omnes generationes, breuiter
subijcam: Primam tradit Hugo Card.
qui B. Virginem esse ait velut centrum,
seu medium terræ, ad quod omnium ho-
minum generationes tamquam linea à
circumferentia ducere respiciunt: eius-e-
gregia verba hæc sunt: *Ecce enim ex hoc Hugo Col.*
beatam me dicent omnes generationes. Omnes super Me
*gentes, scilicet Iudeorum & Genitium, vi-
rorum & mulierum, diuini & pauperum,*
*Angelorum & hominum: quia omnes per ip-
sam salutare beneficium accepimus, homines*
*reconciliationem, Angelis reparationem. Chri-
stus enim Dei filius operatus est salutem in*
*medio terræ, id est in vtero Mariae, que qua-
dam mirabilis proprietate, terre medium, ap-
pellatur. Ad illam enim resuscitant, & qui ha-
bitant in celo, & qui habitant in inferno, id
est, in Purgatorio, & qui habitant in mundo.*
Primi, vt resarciantur. Secundi, vt eripiantur.
Tertiij, vt reconciliantur. Ex hoc ergo beatam
te dicens omnes generationes, beata Virgo;
quia omnibus generationibus vitam, gratiam,
*& gloriam genuisti: mortuis vitam, peccato-
ribus gratiam, misericordiam gloriam. Ita dicitur*
Iudith: Tu gloria Ierusalem; tu letitia I. Iudith, I.
*rael; tu honorificentia populi nostri, que feci-
li viriliter. Primum est vox Angelorum,*
*quorum ruina per ipsam reparata est. Secun-
dum est vox hominum, quorum tristitia per*
eam leætificata est: tertium est vox mulierum,
*quarum infamia per ipsam deleta est: quar-
tum est vox moriorum, quorum captiuus*
*per eam reduta est. Hæc ille, Secundum inter-
pretationem adhibet Albert. Magnus in*
commentario huius loci, assertens sub nomi. sup. Magi-
ne omnium generationum intelligi omnes
*generationes virorum, Mulierum, Con-
iugatorum, Virginum, & Viduarum, Vi-
uentium, & Morientium. Generatio e-
nim virorum Deiparam beatam procla-
mat, quoniam per eam ad nos propaga-
ta est benedictio, sicut per primam ma-
trem maledictio; sicut enim hæc dedit*
viro suo de ligno vetito, vt comedere, &
*quia mortiferum erat, mortem illi intu-
lit, ita Deipara dedit nobis lignum vita,*
vt de fructu eius comedentes in æternū

viue-

Psf. 144.

Psf. 111.

Pros. 10.

Psal. 33.

Iob 9.

Cast. 7.

Ester 9.

Eccles. 49.

cav. 6.
LX. L.
LX. I.

viueremus. Generatio mulierum beatam
predicat Deiparam, quoniam ab infamia
& opprobrio maledictionis per eam li-
berata est. Virginum generatio beatam
Mariam salutat, immo & beatissimam,
ut ait Salomon: Viderunt eam filie Sion, &
beatissimam predecauerunt, tamquam vir-
ginitatis magistrum, & virginum vexil-
liferam. Viduarum coetus cum vidua
Anna in templo beatam illam praedicat,
eius meminit D. Lucas. Coniugatarum
status cum coniugata Elisabeth in illa
verba prouumpit: Beata quae credidisti,
quoniam perficiens ea, quae dicta sunt tibi a
Domino. Viuentes omnes, quid cū orant,
frequenter in ore versant, quām Benedic-
ta tu in mulieribus, & benedictus fructus
ventrū tui? Morientes quid proclamant,
nisi, Maria mater grātia, mater misericordiæ,
tu nos ab hoste protege, & hora moris susci-
pe! Mortui tandem in Purgatoriū carcere
detrusi confitentes illam matrem miser-
icordiarum, auxilium eius, ut inde edu-
cantur, incessanter implorant. Atque ho-
rum omnium gradus laudantium: Bea-
tam me dicent. Cancellarius autem Par-
ticularis Pa-
tient. super Magnificat, triplicem ratio-
nem assignat, ob quam Deipara ab om-
nibus generationibus sit laudanda: pri-
ma, quia ipsa mater est illius, qui fecit o-
mnes generationes cœli, & terra: secun-
da, quia ab initio, & ante sæcula præde-
stinata fuit, ut esset affinis omnium ge-
nerationum; est enim nostra soror ab
humana specie; est mater, ex spirituali
nostra regeneratione; est cognata Ange-
lis intelligendi acumine ac mentis, &
corporis puritate: testia, quia cum om-
nes generationes tam cœlestes, quām
terrestres, hoc est tam Angelii, quām ho-
maines, varia ab ea receperint beneficia,
iure gratitudinis omnes illam perpe-
tuo collaudare tenentur. Cui sit
honor & gloria in sæcu-
la sæculorum,
Amen.

HOMILIA XVII.

In eadem verba: Beatam me dicent o-
mnes generationes: varia contexū-
tur B. Virginis encomia, que tam Gen-
tiles, Iudei, Hæretici, quām fideles
ei detulerunt; inter quae penè in-
numerā, eaque clarissima epitheta,
quibus diuina eloquia, & San-
cti Patres Virginem exornant, re-
censentur.



N T E Q V A M Deipara Ma-
ria cecinisset canticum hoc,
quo prophetans assertuit:
Beata me dicent omnes gene-
rationes: id ipsum Salomon
prævidens in persona Virginis dixit: Me- Eccles. 2.4.
moria mea in generatione sæculorum: ac si
diceret: immortalis nominis mei fama
per omnes generationes vagabitur, & o-
mnia tempora transcendet. Quām autem
id rationi consentaneum fit, his verbis
sapienter probauit Ioannes Damascenus:
Si eorum, qui iustitiam coluerunt, memoria D. Ioh. Da-
laudibus celebranda est, ecquis tandem iusti- mas. orat. 1.
tie soni, ac sanctitatis thesauro laudem non de Assumpt.
adhibeat B. es Virgo inter omnes genera-
tiones, sola, quae digna, quae beata prædiceris; Ecce
enim beatam te dicent omnes generationes,
quemadmodum ipsa dixisti; te filia Ierusal-
alem, id est, Ecclesia viderunt, ac reginæ, id est,
iustorum animæ, beatam te dixerunt, ac que in
secula collaudabunt. hæc ille. Verum ego
nomine generationum non solum fidelium
generationum, sed omnes generationes,
tam cœlestes, quām terrestres compre-
hendi opinor, ita tamen ut vniuersali-
tas hæc sumatur pro generibus singulo-
rum, non pro singulis generum, cum cer-
tum sit tam in præterito, quām præsenti
& futuro tempore numquam defectu-
ros, qui diabolico spiritu incitati, ex odio
in Christum, B. Virginem execrentur,
quæcum omnes generationes ad tres
possint